Xenocratis philosophi pla-
tonici liber de morte translatus
e greca lingua in latinam a
Marsilio Ficino Florentino. Interlocutores:
Socrates. Clinias. Axiochus. Socr.

Cum in Cynosarge gymnasium proficis- .1.
cerer et Ilisso iam appropinquarem:
vocem cuiusdam nomine me vocantis audivi.
Conversus autem Cliniam vidi Axiochi
filium usque fontem Calliroem currentem.
unaque cum eo Damonem musicum. Cha-
rmidem denique filium Glauconis: quorum
ille quidem musice preceptor: hic autem
mutua quadam benivolentia coniunctus
erat. Visum est mihi ut retroce-
derem: illisque obvius fierem: ut citius
et facilius congrederemur. Cla- .2.
mitans vero Clinias: Socrates (inquit)
presens tempus exigit. ut illam quam semper
predicas sapientiam nobis ostendas. Pa-
ter enim meus repentino quodam et
intolerabili morbo pressus est: et mor-
ti proximus esse. eamque moleste ferre vi-
detur: cum ipse olim eos qui mortem
expavescerent (quasi larvarum vultus
horrentes) irriserit. Veni obsecro:
eumque (ut soles) corripe: ut facile
ferat necessitatem. Congredere quoque nobiscum:
unaque cum aliis pium opus exequere. .3.
Soc. Honesti o Clinia voti (compos
tu in me est) copiosus efficieris presser-
tim cum sanctum opus sit quod iubes. prope-
remus itaque. Si itaque sic se habet: pro-
perandum est. Cli. Cum primum te
o Socrates viderit: convalescet: ete- .4.
nim sepe contigit ut quandam resipisceret. Soc.
Ergo secus muros Peritonios agros
ad eum perrexi. Prope enim portas versus
columnam Amazonum inde habitabat. Inve-
nimusque illum viribus validum et robustum
corpore: sed animo imbecillum et consolatore
admodum indigentem: respirantem sepe,
trahentemque suspiria multis cum lachri-
mis et percussione palmarum. Quem cum .5.
vidissem. quid hoc o Axioche inquam.
ubi nam pristina illa tua et iactabunda
constantia? ubi perpetue virtutum laudes?
ubi mira animi tui magnitudo atque
audacia? Ut enim luctator ignavus
in gymnasiis generosus apparens: in
certaminibus succubuisti? Cur nature
ipsius ordinem non consideras: cum sis vir
tantus. et tot insuper disciplinis imbutus:
et si nihil aliud: atheniensis tamen?
An non tenes vulgatam illam tritamque se-
ntentiam quod dicitur peregrinationem quandam
vitam hanc esse: et oportere nos recte
et equo animo peregrinantes. haud egre
sane sed leta mente ad id quod debitum
et necessarium est accedere. Mollicies
autem hec non etati mature: sed infanti
conveniens est. Axio. Hec o Socrates .6.
recte dici videntur: verum ne-
scio quo modo imminente discrimine ser-
mones ipsi de tolerantia copiosi
clanculum evanescunt et negliguntur:
subit autem repugnans quedam pavor
animum undique circuientes. Heu
hac luce ~~privatus~~ his et bonis priva-
bor: iacebo obscurus. gustu visuque

captus: putreſcunt· in vermes/ fe-
raſque gustat:· So. Coniugis (o
·7· Axioche) (abſque rationis examine)
cum ſensus privatione/ ſenſum rat tibi
ipſi· et loquendo/ et agendo repug-
nans: nec advertis· quod ſicut de ſenſus
privatione conquereris: et meres ob pu-
tredinem· amiſſionemque bonorum: ſic tamquam
in aliam vitam tranſiturus potius· quam
in ſenſus omnis privationem aliquam mi-
graturus:· privatorem igitur talem: quilibet
ortum precessit:·/ Ut enim in repub-
lica Draconis/ vel Caliſtenis· ni-
hil tibi contigit mali· (tu enim non
eras· circa quem eſſet malum): ſic
poſt mortem· nullum tibi adverſum con-
tinget/· (tu namque non eris· circa
quem futurum ſit malum)· Omnes igitur
·9· huiusmodi nugas abs te pelle: idque
conſidera· quod diſſoluto eo/ quod compo-
ſitum fuit· et anima in locum proprium abeunte:
hoc quod reſtat terrenum/ et irratio-
nale corpus· homo nullo modo eſt· Nos
enim ſumus anima immortale animal: in
habitaculo mortali clauſum: idque
umbraculum nobis ad malum natura
conſtruxit:· cui quae dulcia ſunt adulte-
rina/ fluxa/ et pluribus permixta ·12·
moleſtiis: quae vero moleſta· integra/
diuturna/ ſuavium expertia/ quae· Ac-
cedunt tumores bilis atque pituite/
ac ſenſuum morbi/ nervorum corrup-
tiones viſcerum· quibus anima necessario con-

dolet (per ſingulos diffuſa mea-
tus· ut ſingula vinciat): quo fit
ut celeſte/ cognatumque ethere iam
deſiderat/ ſitiatque vitam/ chorumque ſuper-
num. Nam vite huius amiſſio: a ma-
·10· lo in bonum eſt tranſitio:· Ax. Cum
malam iudices hanc vitam o Socrates:
quid in ea permanes? preſertim cum
iſta potiſſimum mediteris: aliorumque
curator exiſtas: et mente ceteros ante-
·11· cellas:· So. Axioche haud ſatis
mihi verus es teſtis: exiſtimas enim
(quemadmodum athenienſis populus)· poſtquam
rerum perſcrutator ſim· me aliquid ſcire:·
Ego autem optarem quidem communia iſta cognoſcere:
nedum ſuperna callerem· Que vero
dixi/ Prodici ſapientis declamationes
ſunt: partim quidem duabus tertiis· partim
duabus dragmis/ partim quattuor empta:
quantis ſane is nullum erudit: at ſic ha-
bet in ore Epicharmi illud/ Manus
manum lavat· das aliquid/ aliquid accipe:·/
Superioribus autem diebus· tot contra vitam
intulit:· ut parum abfuerit· quin ego vi-
tam finirem: et ex illo tempore· continue animus
meus o Axioche moritur:· Ax. Que
ſunt igitur ea que dixit? So. Referam omnia:
·12· que apud me memoria reſtat. Inquit enim
Que pars vite non plena malis?
An non vix infans natus eveſtigio lu-
get? vitamque inchoat a merore? Nec
ullus abeſt dolor: ſed vel per indigentiam/
vel frigus/ vel calorem/ vel percuſſione plorat.

Nondum potest verbis quod patitur expli-
care: flet autem atque vociferatur; unamque
hanc habet vocem molestie signum. ·13·
Cum enim septimum etatis annum imple-
verit: plurimis laboribus oneratur.
Urgent nimirum pedagogi, gra-
matici, gymnastici, pedotribe:
illique non servus dominantur ac tyranni. Cum
paulisper adoleverit: censores, arithme-
tice, geometrie distributores: et
innumeri (preter istos) domini presunt. E-
phebum vero metus circumvenit, atque
mancipat licium et academia, gym-
nasii principatus sceptra, malorumque
immoderatio prorsus occurrunt: omnisque
adolescentis angustia sub morum cen-
soribus (consiliorumque ariopagitarum electis) ·14·
consistit. Cum istorum ditione solutus
fuerit: cure, consultationesque surre-
punt: dum que vite callem ingredi de-
ceat disceptatur: adeo ut sequentium
comparatione laborum precedentia illa levia
videantur, et solis infantibus metuenda.
Expeditiones belli, ac vulnera, fre-
quentiaque certamina surgunt; de-
mum senectus ipsa clam serpit: in
quam omne nature sordidum, et insana-
bile malum confluit. Et nisi quis stati
(ut debitum) reddat vitam: natura
tamquam questuaria instat, atque pigno-
ra exigit: ab hoc visum, ab isto
auditum; ab illo utrumque. Et si [redacted]
resistat quis: dissolvit, inficit, mu-
tilat, atque obtruncat. Nonnulli ad ex-
tremum usque senium vivunt: sed mente
bis pueri decrepiti fiunt. Quare ·15·
dei (rebus hominum providentes) quos amant:

brevi ad se ex hac revocant vita.
Itaque Agamedes atque Trophonius (cum
moliti essent deo Pithio templum:
quodve optimum foret precarentur;
confestim somno pressi, numquam postea
surrexerunt. Idem et Argive
Junonis sacerdotibus contigit: cum
mater illorum ab Junone pietatis
filiorum munus aliquod postularet: nam
tardante iugo, subeuntes ipsi matrem
in templum transportavere; cumque deam vo-
vissent: noctu e vita migrarunt.
Prolixum foret poetarum referre sen- ·16·
tentias: qui divinis poematibus
calamitates humane vite deplorant.
Unum referam poetam clarissimum ita
dicentem: Statuerunt dii: ut mor-
tales miseri in merore perpetuo
viverent. Nec est in terra quicquam homine
miserabilius. Itaque aiunt Amphia-
raum ab Jove atque Apolline summo
quodam affectu fuisse dilectum: neque
tamen senium attigisse. Quid autem
tibi videtur de illo: qui nascentem
iubet miseriam sue vite lugere?
Verum iam desinam: ne preter id quod
propositum est pervagari longius videar.
Cuius est autem quem non de studio ·17·
atque arte quam elegit summopere con-
queratur? Mercennarios mechani-
cosque artifices discurramus, ex nocte
in noctem laborantes: et vix ea que
ad victum necessaria sunt acquirentes. Que-
ruli porro vivunt: nocturnasque
vigilias fletu et lachrimis complent.
Quid dicam de nautis? Quot
periculis subiciuntur? Recte siquidem

Lixias nautã nec in defūctoꝝ / nec
in viuētiū numero ꝯputat. Homo
nãq; terreng· tū vtriq; ac dubie
vite ꝑticeps· ſeſe mergit in aquã.
totq fortune ſubiectꝰ. At ſuauis
ẽ agricultura. Eſto. Sz nõne (vt
aiūt) tū vlcꝰ· occaſione triſticie ſꝑ
īuenit. Nūc ſane ariditatẽ accuſat /
et gemit: nūc imbres / nūc eſtū
exuſtioneq; / nūc vermiculos· nūc ca-
lorẽ / nūc frigꝰ itēpeſtiuū. Ho-
18. norãdū vō reip. ſtudiū (vt m̃lta p-
teriſeã)· q̄t malis / erūnisq; torq̄tur?
Leticiã q̄dem habet. (pituite l' bilis
eſtuatis inſtar.) mobilē / tumidam /
fallacē / et turbulētã: iacturã vō
triſtē· et mortibꝰ mille deteriorē.
Qui⁹ at p̄t ēē felix· dū ad turbe
nutū· viuit / irridet̃, atq; explodit̃ /
q̄ſi ludꝰ q̄dã / et fabula vulgi: con-
cuſſꝰ / exſibilatꝰ / mulctatꝰ / miſerabil' /
atq; ꝑditꝰ? Vbi nã (o ciuilis Axioche)
Milciades obiit? vbi Themiſtocles?
vbi Ephialtes? vbi duces reliqui?
his equidē rebꝰ īpiani nuꝑ. Neq;
enī honorãdū mihi videt̃. demētī
in ꝑplō· migratibꝰ fungi. q̄ ante cir-
ca Theramenē· et Calixenū poſtri-
die p̄ſides inſidiatores ſubigētes.
indiſcreta hoīes morte dãnarūt:
q̄bꝰ tu vnã cū Criptolemo· tribꝰ
milibꝰ concionãtibꝰ repugnaſti.
19. Axio. Vera narras o Socrates.
Atq; ex eo tpē īhuc vſq; diē· vita-
ui tribunal: neq; difficiliꝰ ac du-
riꝰ q̄cq̄ reip. gubernatorē viſū ē.

Reſpiciuū hoc eſt iis: q̄ ipſi ciuilia
tractãt ꝯtu vō de his ita loq̄ris. tā-
q̄ eminꝰ e ſpecula quadã hec ītuitꝰ:
nos ꝑfecto ꝯſpiratiꝰ iſta callemꝰ.
q̄ in ope ipo v̄ſamur. Populꝰ ne-
pe (o amice Socrates) īgrãtꝰ / irritator /
īſenſꝰ / crudelis / inuidꝰ / rudis / ex colle-
ctis [confluēte] turba atq; nugis coa-
cernatꝰ: et q̄ſquis huic familiarit̃
ſe accõmodat· lōge ē illo miſerior.
Soc. Poſtq̄ o Axioche· diſciplinã
pre ceteris liberalē· maxie oīm
iudicas deuitãdã. qd de reliquis
exiſtimãdū? nõne ſumope fugiẽdas?
20. Audiui ꝑtea Prodicū qnz dice-
tem: mortē nec ad viuos· nec ad
mortuos ꝑtinē. Axi. Qua rōe
o Socrates? Soc. Qm̄ circa viuē-
tes· mors non eſt: defūcti vō nõ
ſūt. Quobrē neq; circa te nūc eſt.
(nondū· n· mortuꝰ es): neq; etiã
ſi deceſſeris· circa te erit (tu nãq;
nō eris). Inanis ḡ dolor eſſet. ſi Axi-
ochꝰ id lugēt. q̄d nec ē circa Axio-
chū: neq; erit in poſterū: nã ꝑinde
facēs. ac ſi Scilla / Centaurꝰ q; hor-
rēs: q̄n q̄dē hec mõſtra· neq; circa
te ſūt: neq; erūt aliq̄n. Qd· n· me-
tuẽdū / atq; horribile (iis q̄ ſūt) acci-
dit: at iis q̄ nõ ſūt· nihil expaueſ-
cendū. Axio. Tu q̄dē iſta ex leui
21. illa (q̄ iam paſſim vulgata eſt)
loq̄citate colligis: inde· n· ē hec in-
aniū v̄borꝰ copia· grã adoleſcētu-
lorꝰ ꝯpoſita. Ego at q; huiꝰ vite
bonis ꝑuor. lugeo: etiã ſi validi-

ores ſuperioribus rōes adduxeris. Nā
q̄ppe fluctuās· ornatū ūboꝝ nō
itelligit: neq; colores orōis attigit.
Pompā / ſplēdoreq; ſermonis (etſi
audit) negligit: et a ūitate penit(us)
abeſt: ſophiſmata q; captiunculas
minime ſuſtinet. Sola hec attēdit.
q̄ pulſare ocio / et penetrare animū
pñt: ¶ Soc. Abſq; rōe Axioche ·22·
maloꝝ ſenſū· cū bonoꝝ puatōe
coniūgis: lateteq; te mortuū eſſe
eū plane qui bonis orbatus ē· cōtra-
ria paſſio maloꝝ affligit. Qui vō
nō eſt: nec ipām q̄dē orbitatē ad-
ūtit. Quo pacto ḡ· ubi affligētu
abeſt noticia: ibi pt ee afflictio:
Principio .n. niſi ſenſū quēdā p
inſcitiā ponēs: mortē nō expa-
veſcēs. Cur at puītis teipm: me-
tuēs ne amittas aīam. Amiſſio-
ni vō aīam addicis: formidas
ne ſenſu pueis: putaſq; nō exiſtē-
te ſenſū· ſenſu cōphendi: ex eo q̄
multi / atq; p̄clari ſūt· de animi ·23·
imortalitate ſermones. ¶ Neq;
·n· natura mortalis ī tāta excellē-
tiā ſurrexiſſet. ut violētiā ima-
niū brutoꝝ cōtinēret / mare tranſi-
ret / cōdēret urbes / reip. pſcriberet
ordinē / in celū ſuſpiceret / aſtroꝝ-
q; circuitus metiret. ſoliſq; / et lune
pgreſſus animaduerteret / ortus atq; occaſus /
defectus inſup / celēſq; reſtitutiões
meridianas. duplicesq; ꝯuerſio-
nes pliadas. et hieme pariter
et eſtate. vētoꝝ flamina / et im-
petus imbriū / iactu preſteris /
fulguriſq; coruſcū. et mūdi de-
niq; paſſiones in eternitate mi-

riſice ſiſtēt: niſi diuinus ſpūs aliqs
ineſſet in aīo: p q̄ue· tātaꝝ reꝝ
eſſet itelligētiā ꝯſecutus:· Quobrē ·24·
nō in morte (o mi Axioche): ſed ī
ipām imortalitatē migras. Neq;
bonis puaberis: ſ; itegrius bonoꝝ poſ-
ſeſſiōe frueris. Nec voluptates ſ
mortali corpe mixtas percipies
aplius: ſ; oī proꝛſus triſticia vacu-
as. Illuc ingreſſus pficiſceris. ab hoc car-
cere liber: ubi q̄eta oīa. et a triſti-
cia / ſenectuteq; ſemota: ubi ex-
ultatio ſacra· vitaq; maloꝝ neſ-
cia / et tranq̄lla pace nutrita: na-
turā reꝝ ſpeculās. et archana
philoſophie cōtēplās: haud ſane
ad turbē / theatri ue grām: ſ; ad
pſpicue ūitatis obiectū: ¶ Axi. ·25·
In cōtrariū me affectū orō tua de-
duxit: neq; ·n· mortē formido
iā. ſ; opto. Ut at (rethoꝝ more) ego
q̄; exuberās. aliqd exprimā: iamiā
o Socrates euehoꝛ ī ſublime. diui-
nuq; circuitū / thronūq; pcurro.
Ex hac imbecillitate me eximēs: re-
natus ſū: ¶ Soc. Referā pterea (ſi ·26·
placet) tibi: q̄ Gobrias magus mi-
hi tradidit. Inqt .n. ī eo tpe (quo
Xerxes tranſiit) auū ſuū Gobriā
noīe miſſū fuiſſe in Delū. ad cuſto-
diendā inſulā: in q̄ dii extabāt
duo. Ubi ait ex tabulis q̄buſdā e-
neis (quas Opis / et Hecaergos ex
hyperboreis attulerūt) ſe didiciſſe:
ī corpis ſolutōe. aīam ī occultū ſub
terra migrare locū: in quo Iuno-
nis ē regia. haud Iouis anguſtior
aula: Quippe cū terra mūdi

medium teneat: celum vero sphericum sit.
(cuius hemispherium unum dii celites
sortiti sunt. alterum inferiores / partim
celicolarum fratres / partim filii fratrum).
Vestibula vero Plutonis provincie.
claustris / eneisque catenis undique
vinciuntur. Illum qui ista reserat: flu-
vius Acheron primo. deinde Cocytus
excipit: quibus transcursis oportet
ad Minoem / et Rhadamantum
duci: in eam videlicet regionem.
qui veritatis campus cognominatur:
ubi sedent iudices / examinantes
venientis cuiusque vitam. Hic menda-
ciis tutari se nemo potest :. Qui-
26. buscumque igitur in vita bonus aspiravit 29.
demon. in locum isti piorum perveniunt:
ubi ver eternum / omnigenis exube-
rat fructibus. fontesque nitentium a-
quarum scaturiunt. prata insuper amena
variis depicta coloribus: nec desunt
philosophantium cetus. poetarumque the-
atra. circulares ibi chori / et mu-
sice cantilene / suavesque conventus / convi-
30. via quinia / sartique et ubertes quietus
bibentium / inviolabile gaudium / dul-
cisque quietus. Non frigoris illic aut
caloris excessus. sed aeris natura sa-
lubris / lenibus solis radiis temperata.
Hic purgatorum sit animorum sedes: ubi
divina misteria celebrantur :. Quid igitur
obstat. quin tibi primo honor / premi-
umque illic debeatur: cum origine a deo du-
cas? Eos quoque qui circa Herculem / et
Dionisium cum illuc descendunt. pur-
Hec ex exemplari ipsius Argentine. 1405.

28. gatos ire ratio dictat: spemque fe-
licis itineris ex Cereris cultu susci-
pere. Contra qui vitam sceleribus inqui-
nant. repente per Tartarum a furiis
in Erebum / Chaosque raptantur: ubi
patet impiorum provincia / Danaidumque pu-
ellarum labor irritus / aquis cribra implen-
tium frustra nitentium. ubi Tantali sitis /
Titii viscera / Sisyphi saxum perpetuo
revolubile: ubi fere mordaces in-
separabiliter corporibus se circumplicant:
ubi faces inextinguibiles / carnes ex-
urunt: ubi homines ipsum omniformibus
suppliciis cruciati perpetua punitione
vexantur :. Hec eadem a Gobria per-
29. cepi: tu vero de his iudicas o Axioche.
Ego enim ratione coactus. hoc solum plane /
firmiterque cognosco: animam omnem in-
mortalem existere: et eam que pura ex his
locis [redacted] abieit. sine tristitia vi-
vere. Quocirca sive sursum / sive deorsum
tendas Axioche: beatum fore te o-
portet: si modo pie / sancteque vixeris :.
Axio. Erubesco (mi Socrates). et
ulterius loqui vereor. Tantum a me
formido mortis abest: ut iam mori
vehementer exoptem: adeo mihi ser-
mo superior (quasi celeste oraculum) persua-
sit. Nunc igitur hanc vitam sperno: utpote
in potiorem locum feliciter transiturus.
Quare in presentia que dicta sunt: me-
cum ipse tacitus animadvertam. Tu vero post
meridiem (o Socrates) ad me redibis :.
Socr. Faciam. ut dicis. Sed iterum
in Cynosarge revertar. deambulationis
gratia: unde huc ad te ductus sum.

Appropinquante morte. homo fabulas (de penis iniustorum) hactenus irrisas: veras esse ti-
met et suspicatur. 144. ff.

Arg. in Menexenum. 164. in dorso. Menexenus vel Epitaphius. 163. in dorso. Adversus eiusdem ge-
neris homines ad victoriam usque pugnandum: sed adversus barbaros ad necem usque certandum est. 160. in dorso. Cum
inmortali viro ad votum in vita succedere haud facile est. 149. in dorso. Nihil nimis: ibidem. Ne adversa
res ipse nobis inique sint: equo sunt animo perferende. 148. in dorso. Arg. in primum dialogum de
Rep. vel de Iusto. 148. Reip. vel de Iusto Dialogus primus. 144. in dorso. Notabile quoddam de concordia
argumenti huius libri / et sequentium cum textu. 149. in dorso. Arg. in 2.m dialo. Reip. 142. in dorso.
Reip. dialo. 2.us Arg. in 3.m dialog. Reip. 141. in dorso. Reip. dialog. 3.us